


**Programma Quod In funere ... Dn. Johannis Cothmanni, SS. Theologiae D.
Professoris celeberrimi, & Facultatis Senioris venerandi**

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746961103>

Druck Freier  Zugang





Vol. 241. (2.) <SON>

PROGRAMMA

Quod

In funere

Magnifici Universitatis Rostochiensis

RECTORIS

*Viri admodum Reverendi, Clarissimi &
Excellentissimi*


DN. JOHANNIS
COTHMANNI,

SS. Theologiæ D. Professoris ce-
leberrimi, & Facultatis Senioris
venerandi

Proponit

SENATUS



ejusdem universi-
tatis.



ROSTOCHII;

Typis NICOLAI KILII, Academia Typographiæ

ANNO M, DC, L,



SENATUS UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS.



Primâ hujus nostræ Rostochiensis Uni-
versitatis fundacione, quinq; numera-
mus **RECTORES MAGNIFICOS**,
magnifice hastenus sepultos. *Primus*
inter hos fuit Dn. **ALBERTUS MOL-
LERUS SS.** Theologiæ Doctor. *Secundus* Dn. **LAU-
RENTIUS KIRCHOVIUS, J. U. D. &** Professor,
Tertius, **EILHARDUS LUBINUS** Theol. Doctor &
Professor. *Quartus* fuit, Dn. **THOMAS LINDE-
MANNUS**, magnus ille & celeberrimus juris Ante-
cessor, Comes Palatinus Cæsareus, & illustrissimo-
rum Principum tam in nostrâ Megapoli, quam aliis
Ducatibus, Consiliarius prudentissimus. *Quintus*
vero Dn. **M. STEPHANUS HEIN**, Ebr. Ling. Pro-
fessor & Facultatis Philosoph. venerandus Senior,
Sextum proh dolor! **MAGNIFICE**, prout sibi ipsi,
Reverendo teste **CONCILIO**, cum ipso Paschatos
die **RECTOR** eligeretur, omnibus fere membris tre-
mens, non sine copiosissimis lachrymis, *Propheta*
fuit, Magnifice, inquam, sepeliendum efferimus, Plu-
rimum Reverendum, Clarissimum & Excellentissi-
mum Dn. **JOHANNEM COTHMANNUM, SS. Th.**
Doctorem, Professore & Facultatis Seniore. De
quo, paginæ angustia, non sinit, ut multis hic agamus,
Benevolus L. contentus erit sequentibus, quæ ut pro-
pria manu consignata reliquit, ita adponenda duxi-
mus,

mus. Brevis vitæ meæ delineatio, quæ sane, cum hæc Anno.
1650 30. Aprilis scriberem, nisi Deus novas dederit vires, in
ultimo termino videtur versari. *Fiat voluntas Domini, & concedat ex
hæc vita, vel morte potius, beatum abitum Christus, qui me proprio suo sangui-
ne & acerbissimis doloribus redemit. Adsit mihi ille in ultima mortis horâ, cujus
sum peculium, tot ineffabilis suspiriis, lachrymis & cruciatibus acquisitum! Ver-
bum tuam, O bone JESU in cruce ultimum, sit mihi quoq; ultimum in hæc luce!
Tibi erunt Deo commendo spiritum meum, quem tam pretiosum tuo sanguine re-
demisti. Rege tuo Spiritu S. meos filios, ut & omnes ac singulos Christianos!*

*Qui semper moritur, ille nunquam moritur,
& qui vitam sperat, mortem, hæc timeet.*

Cum Anno 1631. mense Majo in periculosum morbum in-
ciderem, ex quo paucime liberatum iri arbitrabantur, gratiâ
tamen Dei, ex illo, ad majora reservatus mala; cum diu vive-
re nil sit aliud quam diu torqueri, postquam liberatus eram,
statim manu meâ, vitæ meæ cursum delineavi. Quamvis vero
tum temporis mortis fauces effugerim, certo tamen certius
in illius mihi incidendum, quas omnibus injicit, Teste n. Sa-
crâ Scripturâ; Omnibus mori constitutum est, licet hora
mortis sit incognita. Ab illo tempore, quia corpusculi mei vi-
ces semper exiguas esse deprehendi, crebrô, mihi moriendû,
non sine summo animi pro lubio cogitavi, præsertim cum
ejusmodi mors, ad vitam semper duraturam, turbarum atq;
calamitatum nesciam, aditum mihi pararet. quare sanus &
ad huc incolumis hæc in chartâ conjeci. Natus sum Hervor-
diæ in Westphalia, Anno reparatæ salutis 1595. circa festum
Bartholomæi, Patre LUDOLPHO COTHMANNO, Cano-
nico, & ut ibidem vocantur, Scholastâ, SS Johannis ac Dio-
nyssii. Matre CATHARINA Dickhoffes/ Senatoris Bilsfel-
densis JODOCI Dickhoffes filia, matronâ pientissima & re-

rum œconomicarum scientissima. Avus Paternus mihi fuit
HERMANNUS COTHMAN, Præpositus Ecclesiæ Schel-
schensis, Avia Materna, ANNA ELSERS matrona honestis-
sima. Hi vero mei Parentes, cum me unicum filium & sorore
CATHARINAM haberent superstites nihil quod ad mei in-
formationem, tum exemplo, tum, sicubi opus erat, duriore
inreparatione, intermiserunt. Jactis E. Deo juvante, in
schola Patria Hervordix, primis studiorum meorum fun-
damentis, post utrius Parentis obitum, Amicorum & impri-
mis Consultissimi, Amplissimi & Clarissimi Viri Dn. D. JO-
HANNIS COTHMANNI, J.-U.-D. eximii, & Consulis Osna-
brugensis Reipubl. meritissimi, Patruï mei, dum vivebat ob-
servandi ac Parentis loco colendi, svasu & consensu Osna-
brugam concessi Anno 1612. ibidem per triennium studiis
incumbens. Post, cum altioribus aptus esse viderer studiis
An. 1615. suadente prædicto patruo meo, & Procurante Viro
Clarissimo & Reverendo Dn. WULFGANGO HELVICO,
Ecclesiæ Osnabr. Superintendente vigilantissimo, florentis-
simam & celeberrimam tum temporis Academiam Giessen-
sem circa Pascha adii, & Viro admodum Reverendo & Cla-
rissimo Dn. D. MENTZERO, Theologo celeberrimo com-
mendatus, totum quadriennium cum dimidio ibidem sub-
stiti, Qualem me ibi locorum gesserim, publica testari pos-
sunt specimina, sub fortissimis Evangelicæ veritatis Athleticis
& acerrimis propugnatoribus Dn. D. JOHANNES VVIN-
CKELMANNO & Dn. D. BALTHASARE MENTZERO,
Dn. D. GIESENIO, & Dn. D. JUSTO Seurnborn/ de distin-
ctis & gravissimis Religionis nostræ capitibus, diversis vici-
bus habita, An. 1619. 15. Octobr. florentissimum hoc Rose-
tum

tum salutavi & statim sub accessus mei initium, in publica
Jubilæi Academici solemnitate, 17. Novembr. ejusdem anni,
præsentibus illustrissimorum Ducum Megapolensium &
Amplissimi Senatus Legatis, Præside celeberrimo Theo-
logo Dn. D. JOHANNE AFFELMANNO, Syllogismum An-
tichristo Romano oppos. n, publice in numerosa civium
literatorum præsentia, defendendum, quantum illa ætas ca-
pere potuit, suscepi. Anno 1622. D. Francum Professore
Francofurtensem, publica disputatione sum adoratus, cum-
que illa disputatio refutaretur, apologiam eidem opposui,
cui titulus Duellum Eucharisticum. Anno 1625. ab Illustris-
simo & Celsissimo Dn. Dn. JOHANNE ALBERTO Duce
Megap. &c. &c. ad Professionem Theologiæ suscipiendam,
sum vocatus, & ab Illustrissima illius Celsitudine, certis de
causis, Deo & nonnullis aliis notis, ad celeberrimam VVit-
tebergensem Academiam, ut ibidem Doctoris gradum assu-
merem, cum literis Illustrissimi ablegatus sum, quo in loco
Anno 1626. 29. Martii comparui, Cumq; Spectabilem p. t.
Decanum, magnum illum Dn. D. BALDEWINUM, de Ec-
clesiâ Christi optime meritum, adirem, 3. Aprilis, in illius æ-
dibus, Præsentibus Dn. D. MEISNERO & Dn. D. JACOBI
MARTINI, tentamini satis rigido, ob causas, illis qui tum
vixerunt cognitatas, subjectus sum. Hoc finito, injuncta mihi
fuit publicâ lectio, ut sc. explanarem cap. 15. Epist. ad Corin-
thios, quæ erat materia temporis, Paschatos nempe, apta.
Finita lectione 3. Maij, pro consequendo summo gradu, de
votis Monasticis publicè disputavi. Disputatione hac abso-
luta, Lipsiam Jenamq; concessi, ac cum Theologis illorum
Locorum amicitiam contraxi, quod ipsum multæ, ad me

data ab ipsis literæ testantur. Inde statim rediens 18. Maij
concionem, quam Doctorem vocant, ipso Ascensionis
Dominicæ diæ Witebergæ habui & 21. ejusdem, examen ri-
gorosum in ædibus Dn. D. *Baldevini*, sustinui, quo finito,
Theologiæ Licentiatum auctoritate publica, renunciatus
sum, a Dn. D. *Meisnero*. Qualem in singulis hisce exercitiis
me ostenderim, literæ Facultatis Theol. quæ in tractatu meo,
de Comprivignis typis excusæ extant, ad Illustrissimū Prin-
cipem. Dn. Dn. JOHANNEM ALBERTUM, &c. docent,
Cum autē deessent competitorum, & sumptus, mihi soli susti-
nendi nimis excrevissent, gradum assumere non potui. Mis-
so itaq; Rostochium tabellario, veniâ Illustrissimi, Licentia-
tus reversus sum. An. 1626. 24 Julij Witebergâ mihi reduci, &
Rostochij Publice introducto, Theologiæ SS. Professio de-
mandata est: Post hæc, ejusdem anni 28. Novembr. cum rei
œconomicæ imparem me sentirem, cogitare cæpi de vitæ so-
cia, & nuptias celebravi, cum Coniuge mea dilectissimâ CA-
THARINA *Urms* in quo conjugio, 5. liberorū, Dei gratia,
factus sum pater ut pote Ernesti, Johannis, Margaretae Elisabe-
thæ, Hermanni & Johannis Friderici, ex quibus intermedij,
(& eheu, nuper primogenitus incredibili cum mæore B.
parentis) præmissi ad veram vitam fati concessere. Ultimus
solus & unus superstes est. Deus clementissimus, si ejus mi-
sericordiæ ita placuerit, in Ecclesiæ aut Reipubl. commodū
ferret, & suo spiritu regat! Dum officium mihi fuit com-
missum, id unice cum publicè, tum privatim egi, ut meâ opel-
lâ Theol. Studiosis prodessem, quantum pro ratione tempo-
rum, in quæ incidi, calamitosissimorum, fieri potuit, Anno
1630. 28. Aug. incidi in colloquium cum quodam Jesuita, Jo-
hanne

hanne Gregorij, quod colloquium Disputatione publica re-
petij, Lectorem penes esto iudicium. An. 1634. 15. Julij Aca-
demiæ Wittebergensis absenti mihi (cum obitineris difficul-
tatem præsens esse non poteram) honores Doctorales con-
tulit. An. 1638. mense Junio, morbo tum temporis epidemio
graviter decubui, quo eodẽ morbo 18. Junij, conjux mea di-
lectissima, me unã decumbente, illamq; mortuam esse nes-
cio, piẽ obiit, vires meæ tum ita erant prostratæ, ut ab illo-
tempore restitui non potuerint, & metuo, ne tandem plane
prosternantur, illud enim, vertigo capitis subinde recurrens,
portendere videtur. Fiat autem voluntas Domini, cui si pla-
ceret, talentum meum in usum Ecclesiæ, quantum ille virium
concesserit lubens impenderem sed, ut dixi, Dei fiat voluntas
An. 1639. 1. Aug. ad secunda vota transij & uxorem, viduam
Dn. Nicolai Boddekeri, Amici mei, dum vinebat, conjunctis-
simi, Deo ita volente, duxi. Quando moriturus sum, tibi, op-
time Deus, soli constar, tu me in extremo agone fari nescien-
tem Sp. tuo S. rege & governa. O Dn. JESU exaudi cordis
mei desiderium, quod est, cupio dissolvi, & esse tecum
CHRISTE. *O me felicem, quando ex mundi hujus miseriarum
valle (ubi Deus, | suis electis vita hujus iter satis facit asperum, ne dum delectan-
tur in via, obliviscantur eorum, quæ sunt in Patriã) deductus fuero, & vita æter-
na portum, attigero | Tum semper laus Dei, erit in ore meo, canamq; canticum
novum sedenti in throno & agno benedicto, honor & gloria & potestas in sa-
cula seculorum.* Sequuntur jam pauca, quæ *paracletus* noster Mag-
nificus An. 1649. 26. Octob. sua manu consignavit, hæc nem-
pe. Brevi sum moriturus, causa est, quod corpusculum me-
um, non amplius par sit, sustinendis curis, quibus vita no-
stra est obnoxia.


O Jesu

Ō Jēsu, suscipe spiritum meum, sanguine tuo mandatam, quem in Dei mā-
nus commendo, An. 1650, 30. Apr. hæc addidit. Metuo nemoriar hoc an-
no ex atrophîâ scorbutica. *Dn. fiat voluntas, cui me totum sub misero. Cu-
pio dissolvi & esse cum Christo, illud multum longeq; melius.* Hoc eodem anno
12. Maij. scripsit & hæc. Vires meæ de die in diem decrescunt, hinc
quid sperandum facile conijci potest. *Det Deus propter Christum beatam
ανάλωση* Causa mortis, quantum colligere licet, erit omnium virium
defectus. *summa, man mus ein mahl sterben/ vnd wenn ich sterbe/ so bin ich
lebens satt.* Hæc sunt, Cives Academici, quæ vestrum hæctenus cap-
put, Dn. Doctōr JOHANNES COTMANNUS, vobis inspicienda &
consideranda reliquit, Omnia videtis esse, PIETATE, PATIENTIA &
FIDUCIA plena Anima ejus est in BENEDICTIONE. Habet tandem
& quidem subito nactus est, quem tantopere desideravit, JESUM sal-
vatorē. nihil jam restat, nisi ut corporis exuviæ reponantur in dormi-
torîū Vestri quid jam sit muneris ipsimet optime nostis. Ite exequias
denato RECTORI MAGNIFICO, solemnitate decenri, elatumq; funus
honorificentissima vestrà præsentia comitemini. Debetis hanc supre-
mam humanitatem Capiti vestro. Debetis, collegæ Fautori, Præcepto-
ri, Promotori & Evergetæ. Debetis amplissimæ COTHMANNIANÆ
Familix vulnere hoc gravissime lacinatæ, NOS, pro pietate debitâ
hoc ipsum lubentes Vos facturos, minimè dubitamus, & ut faciatis
officiose & amantissime singulos invitatos volumus. P.P.
sub sigillo Academiæ 10. Octobr.

Anno 1650.

Conventus fiet hodie hora prima in Templo Jacobo;





temporis DEO mirabiliter dirigentem, Patriam suam Helvetiam, Praelinquens in Romanum imperium. Sincerum verbum DEI progerminat vir juvenis, Linguarum, Historiarum, Philosophus, (cujus amore cum primis flagrabat) incubuit, ita ut Imperator Carolus Poetica, in quibus inter alia egregia descripsit, non sine singulari assistente Caesaris documento) legit, ac ream, quae tum magna erat dignitas, occasione stemma Nobile Fidlerianum Album Nobilium Romani Imperii, & ultra, pro placito Caesareo cooptatam utriusque sexus derivandam, perrenovavit. Huncque meum praenolicem Fidlerum ob singularem eruditum ingenij & animi Heroici dotes, probuit. Hac Nobilitate quamvis non gratia Domini mei Jesu Christi, inmerenter mihi immerito concessa: Tamen pudet, sed magis me nobilitare quam S. S. Ministerium, ad quod Dominus ministerium suum destinavit. Haec summa dignitas, omnes humanas dignitates titulos superans.

Natus autem sum Ego CONSULUS LERUS, Dantisci Anno 1579. 6. Martina Patre VALERIO FIDLERO re, quondam Ducis Prussiae Archiepiscopi Alberti Friderici Consiliario, Margrave gard praeclearae Familiae, & insignium

A 2

173
me detestorios deridem, ubi venit, ceu & Poese diligenter opera, Germanate (teltrò laurit, & hac cum, ad centum posteritatem Caesareo vum Feaclaroario habesed solario clericojus non ogiam & avit, & as: haec onorum
IS FID-
ta matu-
e Docto-
ij Ducis,
ob Herm-
Matrona,
qua

